

1530. ni fallor.

607

Petrus Tomicki Episcopus Cracovien:
sis Vicecancellarius.

Bartholomaeo Gandkowski.

Honorabilis frater in Christo Charis:
sime etc.

146
Scribimus Domino Penitentiario Roma:
no quaedam, quae in negotijs nostris et Nostro:
rum agere Debeat, quae non tibi repetamus
ex literis illius cognoscere curabis. In quibus
ut non gravetur ipse Dominus penitentia:
rius, tu illum opera et industria ubi oport:
tebit adjuvabis, quod nos vicissim gratifica:
tione nostra tibi referemus.

Ceterum relatum est nobis, te in cau:
sa Domini Malachowski, quam et fidei, et cu:
ra tua invicem cum Domino Penitentiario
commiseramus, nescimus, quid artus interpo:
nisse, et ex industria curam ejus cause
neglexisse, ut Michaeli gratificares, sen:
tentiamque illum et sequestrum asequi
te tacente poteris; quod cum non mediocri
vitiij et nota existat tacitum relinquere,
sub hac occasione scribendi nolimus. Quare
te monemus ex hac criminatione te pur:
ges, ne nos indubio si simus, quo pacto in po:
sterum De tua fide nobis persuadere
Debeamus. Namque Nos, ut te in protectione
nostra servaremus, ab initio tui Romani
Adventus, propterea te conjunctum esse
cum Domino Penitentiario volumus, ut
omnem Michaelis societatem, et perversos

mores

mores illius efugere facilius potuisses, quem
tu nunc plusquam domisuum penitentiar:
um diceris observare, De quo etiam abs
te certiores facti volumus. Datum 8. et. 2